

V I R O

*Gentē, animo, studiisque vere pietatis
Nobilissimo,*

DN. FERDINANDO PAULI.

PHIL. LUDOV. HANNEKENIUS, D.

& h. t. Acad. Witteb. RECTOR.

*prosperitatem expectatam
in Domino.*

QUod usurpavisti gentile nomen, id in omine con-
tigit, ut ante vocarere Pauli, quàm auditor secta-
torque ejus fieres; in Genitoribus scilicet tuis jam
Te in magni Apostoli discipulum separavit divina gratia,
ut verbo Evangelii Paulino conversus a tenebris super-
stitiosi Papatus ad salutis claram lucem, Paulum ageres
imitatione, cujus genitivum hæctenus, ceu regeneratio-
nis veræ mysterium, solo nomine gestabas. Jam Pauli
factus filius, Paulini verbi efficacia, factus es filius
Christi, & hæres æternæ, ad quam naturalis tua Paulini-
tas non penetrabat, vitæ. Jam regenitus in vitam, & vi-
tæ sanctitatem, qua coelum aditur, terrena, atque Cano-
nicatum tuum, gentilitiamque prærogativam extollebant,
relinquis, paupertatem ingressus, sola, quam Paulus
prædicabat, **JESU CHRISTI** gratia fretus, conde-
mnans